



Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Breve S. D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ V. Super reuocatione
licentiarum ingrediendi Monasteria, ac Domos Carthusiensium, & aliorum
quorumcumq[ue] Regularium ordinum, etiam Mendicantium, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

restituendę iam dudum labascentis ecclesiasticę disciplinę cura, ac sollicitudine, opportunum huic rei remedium, ea qua solet uigilantia, adhibeat. Datum ex nostris Archiepiscopalibus ędibus, die septimo Septembris. M.D.LXVI.

BREVE S. D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papę V. Super reuocatione licentiarum ingrediendi Monasteria, ac Domos Carthusiensium, & aliorum quorumcumq; Regularium ordinum, etiam Mendicantium, quibusuis Mulieribus concessarum.

PIVS Papa V. ad perpetuam rei memoriam.



Regularium personarum, quę relicto sæculo, Dei se obsequio dedicarunt, pro commisso nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quę religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter intendimus, ut nulla re, quę eas à Diuino cultu auocet, prædita, secundum ordinum suorum regularia instituta, & decretum sacri Tridentini Concilij, tranquillis mentibus gratū altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur, & Carthusiensium ordinis, & aliorum regularem vitam professorum quies non parum solet, sicut accepimus, perturbari: propterea quod mulieres, modestię matronalis oblitę, Domos, ac Monasteria eorum, contra ipsorum instituta, prætextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum ingredi audeant, ipsis etiam Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & alijs Præsentibus aliquando recusantibus, & renitentibus, non sine magna eorum molestia, nec sine graui laicorum etiam offensione, ac scandalo, si quando admitti nimis facillè videantur: huic rei prouidere uolentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine, omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi Monasteria ac Domos Carthusien. & aliorum quorumcumque regularium ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacumque dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscumque uerborum tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & inlitis clausulis: Necnon irritantibus decretis ab Apostolica Sede quomodolibet

modocumque concessas : quarum tenores perinde , ac si de verbo , ad
 verbum presentibus infererentur , haberi volumus pro expressis , teno
 re presentium , reuocamus , & cassas , irritas , & inanes esse decernimus ,
 districtè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates , & licen
 tias prætentibus , sub excommunicationis lætæ sententiæ pœna , post
 quàm harum literarum notitiam habuerint , à qua non possint , nisi à
 nobis , aut à Romano Pontifice , qui pro tempore fuerit , absolui , præter
 quam in mortis articulo : ne dictas Domos , & Monasteria ingredi au
 deant . Ipsis uerò Monasteriorum , & Conuentuum , Abbatibus , Præpo
 sitis , Prioribus , & alijs Præsidentibus quocumque nomine uocentur , &
 eorum Monachis , Canonicis , & Fratribus , siue mendicantibus , siue nõ
 mendicantibus , sub priuationis officiorum , quæ in presentia obtinent :
 & inhabilitatis in posterum ad illa , & alia omnia , & suspensionis à di
 uinis , ipso factò , sine alia declaratione , incurrendis pœnis , ne eas intro
 ducere , admittere uel præsumant : Non obstantibus præmissis , ac consti
 tutionibus , & ordinationibus Apostolicis , cæterisque cõtrarijs quibul
 cumque . Volumus autem , & mandamus , ut hæc literæ ad ualuas Basili
 cæ Beati Petri Apostolorum Principis , & in Cancellaria nostra , atque
 in Acie Campi Floræ de more publicentur . Quia uerò difficile foret
 has literas ad omnia loca deferri , volumus , & declaramus , ut earum
 exemplis , & transumptis manuscriptis , uel impressis , & manu alicuius
 Notarij publici subscriptis , ac sigillo alicuius Prælati munitis , par ubiq;
 fides habeatur , ac si præsentibus exhibita essent , uel ostensa . Dat. Ro
 mæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Octo
 bris . M. D. L XVI. Pontificatus Nostri Anno Primo .

Ant. Florebellus Lauellinus.

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. Pij Diuina
 prouidentia Papæ V. de ueritate exprimenda &c.
 in dispensationibus matrimonialibus , & alijs
 gratijs sub pœna falsi .



Motu Proprio , &c. Cum sicut accepimus , nonnulli suæ
 conscientie prodigi , ac proprie salutis immemores ,
 ut facilius à nobis , & Sede Apostolica dispensationes
 matrimoniales , & alias gratias , & concessiones
 obtineant gradus consanguinitatis uel affinitatis ,
 aut cognationis spiritualis ac scientiam illorum ali
 ter quàm es , à principio ab ipsi s partibus significatum uel narratum
 fuerit